

BRUNNEN

Q. B. V
1728 13
15

THESIVM METAPHYSICARVM
DE
PERFECTIONE
DECADES DVAE

QVAS
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV.
PRO LOCO

IN EODEM RITE AC MORE MAIORVM TVENDO

A. D. IIII KAL. IUNIAS 1728

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

PVBLICE PROPONIT

P R A E S E S

M. WOLF BALTHASAR ADOLPHVS
A STEINWEHR

EQVES POMERANVS ORD. PHIL. ASSESSOR

RESPONDENTE

IO. ALBERTO ELERS
RAZEB. LEOBVRG

VITEMBERGAE

LITERIS VIDVAE GERDESIAE

Phil. IV. Q. 184.

G R A

THESSIAVM METEORHYSICARVM

D E

PERIHYDRIONE

DE C O M P R E H E N S I O N E

BIBLIOTHECA
Reg. Univers.
Vratisl.



THESSIAVM METEORHYSICARVM

A STYINASHR

ET CETERA ET CETERA



I



Definitio PERFECTIONIS, per
consensum in varietate, reli-
quis tantum præferenda est,
quantum ea, quæ distin-
ctas notiones suppeditat, ac
modum, quo res fieri possit,
exponit, ut perfectior, iis,
quæ uel hoc non praestant,
uel definitum phrasibus synonymous explanant, ut
imperfectioribus, anteponi meretur. Vnde, quid de
Definitione illa: *perfectio est enitas indefectibilis, haberi*
debeat, per se patet.

II

Consensus ille consistit in relatione plurium, ui-
cuius ad exhibendum commune aliquod con-
currunt

A 2

IV

III

III

Cum rationem dicamus illud, ex quo intelligitur quid uel quare alterum sit, relatio uero plurium (§. 2.) ex communi isto percipiatur, communione illud est ratio perfectionis, unde haec cognosci potest

IV

Si ratio illa una tantum est, perfectio *Simplex* ; si uero plures dantur, perfectio *composita* dicitur

V

Perfectio ergo cognosci potest, tum si rationem, ex qua diuidicatur commune illud (§. 3.) prius detegamus, atque explorata natura uariorum, ea ad normam rationis exigamus, tum, si uaria illa prius perquiramus, obseruata inter se comparemus, atque ita rationem ultimam ex iis eruamus

VI

Relatio autem illa plurium potest regula quadam generali includi, ac tum consensu illorum ex Regula iudicari potest

VII

VII

Quot sunt rationes consensus, tot sunt perfections (§. 4.) Cum ergo in perfectione composita, multae dentur perfectiones, multae etiam dantur rationes

VIII

Si ratio perfectionis habet gradus, ipsa perfectio gradus habet, et quo plures gradus in ratione reperiuntur, eo plures etiam in perfectione dantur

IX

Cum autem gradus considerentur ut composita ex aliis quasi gradibus minoribus, seu partibus, tribuitur eis magnitudo. Ergo quo plures gradus concurrunt in ratione (§. 8.) eo maior fit perfectio

X

ET quo plura in quolibet gradu observantur, quae ad commune illud resultans, tantum

A 3

con-

conferunt, quantum fieri potest, eo maior fit perfe-
ctio totius

XI

Hinc etiam in perfectione maiori plura observan-
da ueniunt, ac in minori

XII

Fieri autem potest, ut in perfectionibus compositis
(§. 4.) simplices quedam componentes sibi ad-
uersentur, cum ex diuersis determinentur fontibus

XIII

Cum quaelibet perfectio suam habeat rationem,
unde cognoscitur, (§. 5.) suam etiam habet regu-
lam (§. 6.) E. in collisione perfectionum (§. 12)
colliduntur etiam regulae

XIV

Regulae haec pugnantes non possunt esse simul in
eodem,

eodem, si perfectum manere debet, (per principi-
um contrad.), E. ab his exceptio facienda

XV

Quae quidem, cum variis institui queat modis, non
manentibus iisdem consequentiis, ita est infor-
manda, ut tam parum dissensus, a sola quippe ne-
cessitate extorti, admittatur, quam fieri potest, id,
quod in casibus specialibus adhuc clarius patet

XVI

Cum regulae ex ratione perfecti orientur (§. 6.) quo
quid iis est conuenientius, eo est perfectius,
quo maior ergo exceptio ab iis, eo maior datur
imperfectio

XVII

Interim licet in perfectionibus compositis dentur,
quae per se ad imperfectiones referenda sint, ta-
men, quoniam hae ad compositum sic determina-
tum necessariae sunt, imperfectio partialis, perfectio-
ni totius nil derogare potest

XVIII

XVIII

Quod ipsum tamen non debetur imperfectioni partiali *per se*, sed in quantum per sapientem moderationem eius efficitur, ut posita in locum eius alia perfectione, et hac exclusa, totum compositum non factum esset perfectius, et ne quidem aequo perfectum atque nunc est

XIX

VNde appareat, gradus perfectionum compositarum partim ex gradibus simplicium, partim ex modo exceptionis in compositione observandae, oriuntur

XX

DEnique hi gradus perfectionum ipsum contingentiae fundamentum suppeditant. Dum enim rei quid competit sub certo gradu, non repugnat *per se* ei competere sub alio. Quod ergo hic gradus obtineat, est contingentiae

ULB Halle
003 612 635


3



Sb.

B.I.G.

Farbkarte #13



Q. B. V

1728
13
15

THESIVM METAPHYSICARVM
DE

PERFECTIONE DECADES DVAE

QVAS

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV
PRO LOCO

IN EODEM RITE AC MORE MAIORVM TVENDO

A. D. III. KAL. IVNIAS 1728 XXVIII

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

PVBLINE PROPONIT

P R A E S E S

M. WOLF BALTHASAR ADOLPHVS
A STEINWEHR

EQVES POMERANVS ORD. PHIL. ASSESSOR

RESPONDENTE

IO. ALBERTO ELERS

RAZEB. LEOBVRG

VITEMBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIAE

Phil. 18. Q. 184.